



Q. D. O. M. B. V.



Hæc dissertatio inauguralis
dilectissimæ & felicissimæ
PATRIÆ MEÆ cum
voto sempiternæ salutis &
prosperitatis dedicata esto,
cujus amor & existima-
tio & desiderium, quamvis ex illa per plu-
res annos fuerim absens, me nunquam de-
seruit. Quum enim *Tigurinam* patriam
primo, deinde *Argentoratensem* celeberrimi-
mam universitatem studiorum physicorum
medi-

medicorum & chirurgicorum causa fre-
quentassem, animus me impulit, ut *Bata-
vorum* illustrissimam viserem terram,
unde in regionem germaniae ad inferio-
rem Rhenum delatus non modo, ut in ipso
exercitio artis medicæ versarer, nactus sum
occasione, sed etiam doctissimorum in
Academia Duisburgensi Professorum insti-
tutione & consilio adjutus spero me, pro
tenuitate mea, eos fecisse progressus, ut *di-
letissimæ Patriæ* me civem reddere queam,
cum intentione ac voluntate, ipsi secundum
cognitionis meæ modum fideliter servien-
di. Quam ob causam, quoniam facultas
medica excellentissima Duisburgensis me
gradu doctoris medici judicavit exornan-
dum, has theses inaugurales more majorum
præmittere decrevi, quas ut B. L. æqui &
boni consulere velit, enixe rogo.

J. M. ZWICKI
AUCTOR.